

patu, totius ferme Arcadiæ dominabantur. Duos ex ea fi-
 lios genuit, Cypselum & Lycophronem: alterum ex his
 iuniorem prudentem, maiorem natu stolidum. Post ali-
 quantum temporis accensus ira, missam sub gradus præ-
 gnantem coniugem, calcibus percussit, ac necauit, pellicam
 persuasus calumnijs, quas tamen postea igne cremavit.
 puerumq; Lycophrona matri fletu iusta soluentem abdi-
 cauit, atq; in corcyram agi præcepit: iam uero uicinus
 senio illum ut ei tyrannidem per manus daret, ad se accer-
 siri iussit. Eius deprehenso consilio Corcyrenses inuicem
 interemerunt. Hoc ille comperto, furijs succensus, eorum
 liberos ad Alyatten præsecandos misit. Cum autem nauis
 appropinquasset Samo, Iunoni uota facientes, à Samijs
 seruati sunt. Quod ille ubi didicit, mærore confectus ex-
 cessit euita, annos natus ferme octoginta. Socrates eum
 ante Cræsum obiisse diem asserit, l. x. & uno annis, ante
 quadragesimam nonam Olympiadem. Hunc Herodotus in
 primo Histor. Trasymbuli Milesiorum tyranni hospitem fu-
 isse ait. Aristippus autem in primo de Anticq. delic. libro,
 hæc de illo refert: matrem eius Crateam illius amore seruicem,
 etiam congregi solitam, illo non inuito tantoq; flagitio
 acquiescente. Quod ubi cognitum est, dolens se fuisse depre-
 hensum, grauius iam ciuibus instabat. Porro Ephorus in
 historia, uouisse illum tradit, si Olympia quadriga uicif-
 set, auream statuam deo sacraturam, uictoria uero potitum
 & auro egentem, quadam celebritate populari, mulieribus
 procedentibus ornatis, mundum aduenisse muliebre[m],
 atq; ita donarium misisse asserunt. Illum cum sepulcrum
 suum ignorari uellet, tale quippiam molitum, duobus iuue-
 nibus uiam quendam ostendisse, ac iussisse noctu per illam
 incederent, cuiq; qui primus occurrisset, interimeret ac se-
 pelirent: